MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80081-8

AUTHOR: WENSCH, WILHELM FERDINAND

TITLE: DE PRISCIANO P. MOSELLANI.

PLACE: WITTENBERG

DATE: 1847

Master Negative #

91-80081-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

870.8
Z8 Wensch, Wilhelm Ferdinand
v.7 De Prisciano P. Mosellani, scripsit Guil. Ford Wensch... Wittenberg, Rübener, 1847.
10 p. 30 cm.

At head of title: Programm des gymnasiums zu Wittenberg...

Vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13½
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-26-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

mm

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Programm

des Gymnasiums zu Wittenberg

womit zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler

am 24. und 25. März Vormittags 9 Uhr

und zu der

feierlichen Entlassung der Abiturienten

am 25. März Nachmittags 3 Uhr

ehrerbietigst und ergebenst

einladet

Dr. Hermann Schmidt,
Director des Gymnasiums.

Inhalt:

Wittenberg 1847.
Druck von Carl Heinrich Rübener.

De

Prisciano P. Mosellani.

Exhaustis paene per duas quas superiore anno edidimus scriptiones gymnasii nostri loculis, hoc anno rivuli, qui uberius fluxerant, claudendi videbantur, ut accepti expensique constaret ratio. Quum vero collega coniunctissimus, cui ex ordine scribendi munus contigerat, pleniorem meditaretur gravissimi momenti libellum, equidem paucas hasce foras dare constitui pagellas, ne Annales scholastici comite quodam litterario prorsus destituerentur.

Inter alias rariores scriptorum aliquot Latinorum editiones uno volumine comprehensas, quas in bibliotheca mea asservo, exstat *Petri Mosellani* editio *Prisciani* ut vulgo fertur *Caesariensis*, Dionysii Periegetae interpretis. De qua quum *Wernsdorfius* in Poett. Latt. minn. vol. I. part. **1.** pag **243.** profiteatur: *„Lipsiensem editionem anni* **1518** *cum scholiis Petri Mosellani, quam Fabricius in Bibl. Gr. nondum se vidisse memorat, nec ego vidi, aut usquam extare cognovi."*, operam non prorsus supervacaneam inutilemve mihi suscipere videbar, si, data hac scribendi opportunitate, et scripturae discrepantiam, quae ei cum Wernsdorfiana editione intercedit, et scholia Mosellani, versuum margini externo adscripta, cum viris doctis communicarem.

Constat vero libellus noster quattuor et viginti foliis formae quartanariae minoris, nullis vel paginarum vel versuum numeris appositis. Verba ipsa ex more illius temporis magnam partem compendiose scripta sunt, Graeca accentibus carent. — In fronte libri legimus:

DIONYSII UT SUIDAS VELLE VIDETUR CORINTHII: ORBIS DESCRIPTIO IN LATINOS VERSUS TRANSPOSITA: ADIECTIS PETRI MOSELLANI PROTEGENENSIS SCHOLIIS: QUE SI QUID CUM GRAECIS VARIET PAUCIS OSTENDUNT.

LIPSIAE IMPRESSIT VUOLFGANGUS MONACENUS. 1518.

In altera frontis parte sequitur praefatio:

PETRUS MOSELLANUS PROTEGENENSIS STUDIOSIS S. D.

Rogarunt me hiis diebus quidam mihi familiariter chari iuvenes studiosi: ut si per graviora negotia liceret: descriptionem orbis iam olim ex Dionysio greco in latinos versus transpositam: ad fontem revocarem. hoc est Greci codicis collatione si que variarent adiectis scholiis ostenderem. Hanc operam non potui negare vel amicis: et de meo iudicio quasi pendentibus: vel iusta imo et studiosis frugifera petentibus. Quis enim nescit (modo in litteris vel mediocriter exercitatus) eundem fere Genium tralationum et migrationum? Cui unquam domicilii mutatio tam cessit foeliciter: quin aliquid e suppellectile inter migrandum intercidisse sibi tandem animadverterit? Quis autem interpres (preter genuinam grecanici sermonis graciam: quam latinis auribus appendere frustra coneris) tam est Lynceus: quem transferentem non etiam multa suffugiant? Hic vero noster (quisquis is tandem fuit) profundum adeo tametsi in opere non magno somnum admisit: ut non modo versus multos: sed et integras historias ac nobilium urbium laudes quasi quasdam salebras transiluerit: Pro quibus: locis aliis nescio que fontium arborum ac lapidum miracula de suo velut pannos adsuit: iustus scilicet qui hac arte superiorem iacturam pensare studuerit. Hec atque eiusmodi alia adiectis ex greci codicis fide utcunque adnotationibus indicavimus veriusque explicavimus. Nonnullis etiam que in latino depravata erant correctis. Hui inquis quam hic alienis plumis se convestit, et massam ab altero pistam egregie repinsit! Equidem Ioannem Camertem qui eandem provinciam ante nos quanquam diverso instituto suscepit: hominem fateor diligentem: et in evolvendis auctorum libris laboris plane multi: Sed qui nostra cum illius commentariolo conferet: deprehendet spero nec homuncionem hunc post tantum virum prodigere verba: nec in chartarum perniciem scribere. Bene valete: et hanc paucorum dierum subscisivam opeculam boni consulite. Lipsiae Quinto Nonas Iulias M. D. XVIII.

Poëma ipsum inscriptum est sic:

PRISCIANI CAESARIENSIS, VEL (UT ALIIS PLACET) RHENNII FANNII INTERPRETATIO, EX DIONYSIO DE ORBIS SITU.

Mosellani exemplaris a Wernsdorfiano potior et scripturae et interpunctionis diversitas.

Versu 24. decliuis
27. patens (pro *duos*)
32. Europae: atque Asiae:
41. Saturnius idem. Mortuus
43. ortos
48. pelagus: R. vocatur
49. perusta. (*gravi interpunctione.*)
51. celebratus: et a. tanto (*sine interp.*)
52. ille,
53. multos } (*sine interp.*)
mare
55. Pamphiliumque — praetendit
56. Hic maior reliquis: post hunc quem
59. simul. Hyrc.
61. Persicus
62. sinus:
65. perhibens:
68. quo
69. Astringens (pro *has st.*)
70. suppostas
73. quam — moete (*sic*)
79. hunc
80. Hunc
82. reductus
85. Intra
89. Pachynis tenditur
102. Ad
109. oris. Maiorem postquam minor excipit: aequore longe Atque
113. venies
116. Fluctibus — atris
123. Hic
124. Quod
130. D. ambit Sporadas qui g. vasto
131. pariter: T.
140. percurrunt
142. Dicitur Australi:
144. tantum
147. Aspicies — cornu, quod

Versu 148. curvati
150. E. quam Boream: quo
158. unum
166. arctae
167. aequa margine cinctam
168. Ponti, Latos Aethiopum populos: quos
171. Hos
175. quae
189. Accessuque
191. Neapolin
195. tenentes. In m. summis
198. Battus (pro *populus*)
199. Aegyptica (pro *Aeg. ad*)
200. super sunt — Nigrites
202. Debrite
214. Nilus (pro *boreae*)
232. Quam c. media
240. littore vasta. (*gravi interp.*)
242. Macedum
244. ortus
245. quem
251. hic
254. Heliotropius
255. Dicitur: convertit
259. me nunc quoque (pro *quoque me tibi*)
269. quis
277. volucres mirum f.
278. Quis
279. Pyrenes
297. Dromon tauri — Achilis
304. subit. Criu p. t. Metopon E. r. i. locus. hic Symplegades arctae:
307. ambo, I. q. s. P. g. undis. (*gravi interp. et incisione*)
317. commixto
324. Pallenes
330. littora
331. Altera Tyrrhenum, quae

Versu 332. poscit
336. Cempsique sedent: qui
338. intra
339. Apoeninus
347. suparantes
348. terram — Tybris, Regius irr.
351. pique
355. Lucentis
356 Brutiique
357. Leucopetram
362. Metaponti, deinde Cr.
367. priscis
372. Hirii
374. Aquileium (*sine interp.*)
379. Hillosque
382. Quas — summas
384. Hermionaeque
386. In senio p.
388. concurrunt: p. futura S.
398. geminoque sub
402. folio platani
405. seu
409. Asaeis
410. Elaeos: at
412. scopulos
413. Cratis
415. merulas — albas
417. nequeat
420. Argiui vergunt: Laconas
428. qua
433. Macedum
440. Poeaniten
444. lata
446. potentes:
448. intra
449. Ulyssis
465. aequore Ebusos
468. Qui sauant aegros, pandunt,
471. Corsica
473. tectus
474. latissima
475. Aeoliarum
478. Trinacria
479. ortu (pro *actus*)

Versu 480. costisque
482. Lylibaeus
487. cogent
492. mirandam
495. Hic salis (pro *At salis hic*)
496. videtur
499. Alesinus
500. extollit c. s. putatur, Musicus et
505. qui
509. patentes, Adria quas penetrat. Venias
514. Aegialiae.
519. partes hinc
520. Insulae A.
524. multae amnis Hyperboraea
529. Halimos
533. quam
534. telluris Abantes,
541. Abydi Conf.
542. dextra
545. celsam
550. Sporades
553. post et Lesbus:
556. viget
557. lenis
558. Boristhenis amnis (*sine interp.*)
559. oues q. cunctas
562. Bosphoron
563. hinc — uaste
564. trans Alopecia.
565. Phanagoren
566. gentes
567. Insulae et hae
569. regionis ad oras.
570. Erytheam
572. facta
574. Sacrum
576. Boreetidas Arctos:
577. geminae (*sine interp.*)
580. habeat — orbem. (*gravi interp.*)
582. Heic: lapis — Austri
584. Attritus
587. Corymbis.
588. hinc

Versu 589. relucet:
590 radiis, — axes:
591. Signiferi, — succedens
592. oris:
594. spectatur
596. uenit
597. sydere Cancri (*sine interp.*)
607. offert:
610. orbis:
611. Dispersae — fama (*sine interp.*)
612. Auris — nec (pro *Duris-uel*)
614. monstrat:
624. Persum
626. vicinum:
627. Milia: quae
628. discernitur
633. Vertice:
635. huc colles
649. vasto. (*gravi interp.*)
652. Zephyris
663. Cercecii
666. Ascalpi
668. Eniochi — Graetia
673 Phasides
680. Pyrene
681. frequentes
686. profundum.
687. Non (pro *Hoc*)
688. Thetyos
692. quem
710. has Cadusii
716. Parnassum
718. M., t. f. A. ad. o.
722. verget
724. Caspia
727. Thocari Phrunique
729. ipsi:
730. deserti
731. alia hinc Sc. — externa
737. Euxini: damus hos usque ad Chalcedonis oras:
739. Bechirum.
740. Phyliresque
741. quis

Versu 743. p.̇ est d. nimirum g.
748. Termodon
751. coeperunt.
753. Cristalli (*sine interp.*)
754. gelu, — nitenti
756. percurrit
757. Halis
(764. *Tot — Ponti, hic versus deest apud Mos.*)
765. En
767. decurrit (pro *quae c.*)
768. recessus:
769. Arabiam: quae
771. Bizantis
780. potius (pro *positu*)
782. Altera quae — terra
783. Simeontis
788. Prienem:
793. ripam
798. volans
799. Xantus
801. Pamphylios — (quem *omiss*)
804. Pamphilidis urbes.
806. Hos
807. Lycaonis
808. hos — coluntur.
809. Termesus
812. oras.
815. Pynarusque
816. que
817. Asiae
818. Lyrnessos
819. soli
824. alias (pro *reliquas*)
829. Is Asiae finis
830. at
831. Thetys
836. supra Solem (sub *omiss.*)
837. habitatur nomine prisco.
838. cava
847. Quod
854. Byblum, Sydonaque
856. Tripolim — Arthosida
862. pingui — laeto:

Versu 869. Perso
870. fert
875. Pascere nam populos
877. Thyō — Thuris
879. aurae. (*gravi interp.*)
880. Fertiles
882. Mol.
884. Lybani
886. propinquant
887. Sacae — aequo:
888. Minaeique
891. tellus (*sine interp.*)
893. egenis.
898. montis
901. ponticus ille Term.:
911. superat (pro *distat*)
913. lacu m. Thonites
917. Medamnem:
920. florenti (pro *fl. ibi.*)
921. gramina
922. Ut
937. Asiana
938. et flumina
939. Messabiasque,
942. Mardique viri, — Atrabateni.
944. hinc
949. pascunt,
950. portas: qui s. ab ortu,
953. regio in Persas, H. ducit: at illa,
957. Quae propter
961. Sardis:
970. Mediisque
972. Quinque
974. Corus — Coaspes,
975. Fontes
976. Achates:
977. Cylindris.
980. honestis,
981. vires?
982. Tecolythum
984. reddat
985. est Aëtites
986. esset. (pro *aegris.*)
987. Pyrrhites
Versu 988. digito
990. Quod
992. Pontum: C. s. ab ortu (*sine intp.*)
994. ignem:
995. iuxta radiis proprioribus usque. (*gravi intp.*)
996. Et
1002. partes
1003. Arabasque s. Linique
1004. lenes:
1005. Parpasii
1008. Coralii
1009. Saphirique
1010. ac
1011. Thetyos
1013. ortus:
1014. similis
1018. imbri:
1020. aurum viridis legitur,
1021. Coraliique
1025. sequenti:
1027. Hinc superant (omisso *alii*)
1028. Elephantis.
1031. oculis (pro *solis*)
1033. Psitacus.
1040. Ad
1041. Sed gentes ortus, Caucasus
1043. Dardanii
1048. Toxilus
1049. scodri, post h. sunt Peucaneique
1050. onustum
1051. trahit: r. Megarsus,
1054. altis.
1056. Aorni.
1057. via quae
1068 et 69. desunt; pro his legitur versus: Hoc praesente nequit magnes adducere ferrum:
1071. ignis (pro *lychnis*)
1072. nomine (pro *lumine*)
1074. orbem
1075. Dispersas: — magno?
1078. variisque (pro *gratisque*)

Finis.

Scholia Petri Mosellani.

Ad vers. 1. sqq.] Hii quattuor versus non sunt Dionysii sed interpretis.

Ad 19.] Diony. sic habet. ubi templum est celeberrimum Amiclaei Canopi.

Ad 28. sqq.] Sic paucis lucidior est. Dionysius. Alii autem terram in terras sic separant Isthmos quidam supra Asiae terram porrigitur, idque inter Caspium et Euxinum pontum qui isthmum communem terminum Asie atque Europae diuidendo fecerunt.

Ad 41.] Grecus habet glacialem sine concretum dici.

Ad 70.] Expressius inuocat Diony. sic o musae obliquos orbis nunc pandite tractus. ordine exorsae ab Atlantis etc.

Ad 78.] Multa hic transilit interpres sed non magni sunt momenti.

Ad 112.] Tres hic versus transilit qui Plemmyrium undosum quemadmodum vocat Maro describunt qua insula Sicilie protendatur.

Ad 116.] Flatibus legendum contenderim ex graeco: (*Ex interpunctione proclitica litteras Graecas non ad manus typothetae fuisse licet coniicere.*)

Ad 119. sqq.] Hic Dionysium non tam vertit, quam concerpsit.

Ad 131.] Hic versus duos transilit quibus Diony. maris quod sporades ambit vehementes fluctus exaggerat.

Ad 135.] Transilit hic versum quo Dionisius rationem appellationis maris Bosphorici explicat utpote per quod Io in vaccam a Iunone transformata nataverit.

Ad 158.] Quid in hoc versu unum sibi velit viderint alii Dionysius sic habet Cimerii habitant sub frigido pede Tauri. unde dubium non est imum legendum esse.

Ad 183. sqq.] Parum hic assequitur interpres Diony. sententiam. Sed res paucis explicari non potest: quare grece disce ut apte conferas.

Ad 188.] Hic ex versibus sex grecis tres latinos utcunque decerpsit.

Ad 203.] In Diony. nulla fit fontis huius mentio.

Ad 242.] Omisit hic interpres templum Iovis Sinopitae omni ornatus genere insigne atque itidem laudes Alexandrie.

Ad 249.] De hoc pomo nullum item verbum in greco.

Ad 254.] De hoc lapide in meo codice graeco nullum est verbum.

Ad 269. sq.] Hii duo versus insignem Hispanorum laudem continentes non sunt Dionysii sed interpretis unde coniicio interpretem hispanum quempiam fuisse.

Ad 297.] Cursus Grecis sonat dromos unde nomen loci sic latine verti potuisset Et cursum tauri retinentes fortis Achillis. sed praestat grecum relinqui.

Ad 301.] Hiis epithetis Homerus Thracie populos adornat. ut qui victu vivant tenui: nec luxui sint dediti.

Ad 316. sqq.] Hii quinque versus Diony. non sunt sed interpretis neque enim grecus ullam mentionem herbe hic facit quod ipsum observavit et Camers.

Ad 390. sqq.] Sex hii versus de fontis huius miraculo, cuiuscuius sunt Diony. certe non sunt quod et Camers annotavit.

Ad 397.] Laus Grecie hec, tametsi vera est: in Diony. tamen non est.

Ad 415. sqq.] Quattuor hii versus Diony. non sunt. Porro *ασβεστοσ*. hic lapis grecis dicitur quasi dicas inextinguibilis: *απο του σβεω και α του στηρετικον*. (*sic!*)

Ad 422.] Nonnihil variat hic grecus a latino. Qua de re in prelectione audies.

Ad 428.] Hec unda non ex Dionysii sed ex interpretis fonte manat: Unde vero is hauserit, viderint alii.

Ad 434. sqq.] Octo hii versus ab interprete auctarii loco sunt adiecti: Neque enim ullum harum rerum vestigium est in greco.

Ad 446.] Laus hec in Dionysio non est.

Ad 451.] De hoc lapide in graeco nulla fit mentio tametsi hoc tacuit Camers.

Ad 454.] Nonnihil hic variat grecus ab interprete. Qua de re in praelectione.

Ad 458.] Nimis quam anguste stringit templi huius descriptionem. Nam in greco sex versus huic rei impenduntur.

Ad 459. sqq.] Hic ex versibus Diony. decem: interpres latinos fecit quinque: nec id citra sententie iacturam. Quandoquidem praeter alia Herculis cultum celebrem in populo. reliquit intactum.

Ad 467.] Hec sive miracula sive mendacia in greco non sunt. Equidem miror interpretem eiusmodi fabulis congerendis sollicitum: cum quae ipsius Diony. pleraque tam secure negligat.

Ad 476.] Hic tres versus transilit interpres de regno ventorum Aeolo regi hospitali a Iove concesso. Quod P. Virgilius Aenei. primo.

Ad 493. sqq.] Sunt hec omnia miracula ab interprete adiecta de fontibus, montibus, lapidibus, et similibus.

Ad 513.] Hanc Diomedis profectionem ira veneris quam in prelio Diomedes vulneraverat procuratam scribit Diony. sed interpres omisit.

Ad 524.] Versum hunc varie legunt. in graeco hic est sensus. Sed et Ambae insule sunt quae ab Amnisso urbe crete magis ad Boream porrigi videntur.

Addit hic Diony. Cretem Iovis magni nutricem esse quod interpres praeteriit.

Ad 533.] Non sunt hec miracula in Diony.

Ad 535.] Hic Dionysiace descriptionis ordinem perturbavit interpres.

Ad 541.] Seston insulam quam Diony. hic habet preterit et alia quedam.

Ad 550.] Tres hic versus transilit fortiter: quorum hic est sensus omnes autem hec sacra faciunt solemnia statutis choris Appollini: id vere toto incipiente: quoniam in montibus seorsum ab hominibus luscinia parit. Quem locum ab interprete praetermissum: Camertem observasse fatemur: etiamsi hac parte alias nonnunquam dormitat.

Hic versum omisit cuius hec est sententia. Per coelum clarum: si quando vehemens boreas nubes humidas pepulerit.

Ad 552.] Pelasge sedes Iunonis addit Diony.

Ad 556.] Proconesi nulla fit mentio in greco.

Ad 558.] *λευκοσ* grecis albus.

Ad 561.] Hic sententiam nobilem duobus versibus comprehensam omisit: quorum hic sensus. Hoc enim munere iuppiter optimos quosque pro meritis donat semper enim virtutem comitatur honor.

Ad 569.] Grecus hz (*dicit?*) se demonstraturum situm insularum pro diversitate ventorum quattuor (opinor) principalium.

Ad 570.] Boum armentis opulentam hanc insulam dicit grecus.

Ad 572.] Hyperboreorum in greco hic nulla mentio.

Ad 573.] De Hercule nihil.

Ad 582.] De hoc lapide in greco nihil.

Ad 584.] Addit Diony. hec sacra nocturna esse. tum sex versus transilit per quos author hec sacra cum aliarum gentium sacris comparat.

Ad 597.] Addit Diony. huius insule ingentem magnitudinem.

Ad 606.] Mare a rege appellationem sumpsisse dicit Dio. Hunc sinum ad boream vergere addit Dio.

Ad 611.] Hec longe tum distinctius tum apertius et copiosius grecus.

Ad 626.] Legerem ego vicinos ut referatur ad axes Boreos. tametsi et vicinum ad Hircanum mare referri queat.

Ad 681.] Ferentes lego ex greco.

Ad 682.] Grecus addit causam qua Bacchum e bello reversum hospitio exceperit et aliis sacris honorarit quod quinque versibus exponit Dionysius.

Ad 700.] Hec de Gryphibus et Smaragdo, Crystallo, in Diony. non sunt.

Ad 707.] Hii canes apud Diony. non latrant.

Ad 719.] Tribuit Massagetis sagittandi peritiam Diony. pro quo interpres bello feroces transtulit.

Ad 725.] Addit Diony. apud hos non impune esse si quis sagittam vanam mittat.

Ad 729.] Addit Diony. hanc texturam adeo esse subtilem ut vel Araneorum telas vincat.

Ad 745.] Adiicit Dio. de Chalybibus. Quique strepentibus incudibus astantes nunquam desistunt a labore et erumna gravi.

Ad 750.] Sic habet hic Diony. Qui fluvius quondam Asopi filiam Sinopen suscepit. Atque ipsam aflictam ea regio exceptam curavit, Iovis instinctibus. Hic enim eam nolentem eius amore captus e patria rapuit Ex qua cognomen etc.

Ad 760.] Addit Diony. apud Maryandinos magnum Iovis canem hoc est cerebrum (*sic pro* Cerberum!) ab Hercule extractum expuisse spumam unde terra conspersa produxit hominibus perniciem id quod et Camers observavit.

Ad 763.] Pretermissus est hic versus rhebas cuius aqua omnium quae super terram sunt. speciocissima fluit.

Ad 783.] Hic totam illam Troiane urbis descriptionem videlicet conditam eam ab Appolline et Neptuno eversam vero a Minerva et Iunone: que fuerit sedes veterum regum, omisit.

Ad 798.] Addit hic Diony. a mulieribus sacra Bacchi miris modis celebrari: Quod omissum ab interprete Camers quoque annotavit. (*Haec annotatio ex errore in altera pagina repetitur paucis immutatis:* Addit hic Diony. a mulieribus sacra bachi miris modis celebrari. quod omissum ab interprete et Camers annotavit.)

Ad 816.] Praetermittit hic fabulam Pegasi alati a cuius planta tarsos sit dicta ταρσοσ enim grecis plantam sonat. tum de Bellerophonte in greco fit mentio.

Ad 846.] Hi duo in meo codice greco non sunt.

Ad 856.] Grecus habet Orthosida. rectene an secus iudicent alii.

Ad 867.] Selanos habet grecus sed vetuit sic vertere carmen. nisi forte in greco legis αγχισ pro αγχι ut εγχυ et εγγυσ.

Ad 882. [876.] Plura hic omittit fere. X. versibus a Diony. comprehensa: quae fertilitatis huius causam faciunt quod hic Bacchus sit nutritus. Quid autem Camers hic per Dionysii ortum significet viderint alii certe Dionysus grecis sonat Bacchum.

Ad 900.] Tribuit ipse Diony. in greco equitandi periciam Cappadocibus.

Ad 913.] Apertiora sunt hec omnia in greco. quandoquidem interpres ordinem versuum grecorum perturbat.

Ad 944.] Grecus hic fugam Medeae multis versibus distincte persequitur: ex quibus paucula quedam decerpsit interpres.

Ad 953.] Addit hic Diony. Parthoos nec mare navigare nec armenta pascere, sed tantum arcus et equos curare. Quare regionem eorum telis constrepere cursusque equorum certantium haberi. Quod fas non sit parthis cibum capere priusquam bellica exercitatione caput desudet, victum autem querere eos ex venatu. Et quanquam bellaces adeo sint a Rhomanis imperatoribus tamen devictos.

Ad 959.] Diony. addit Persis aurea arma in usu esse atque item equorum frenos ex auro fieri. tum et calceamenta his non ex alia materia fieri.

Ad 980.] De lapidibus his Dio. nihil praeterquam Achate, sed in Dio. ambiguum est lapidine intelligat Cylindrum an instrumentum illud quo aequantur areae quod in terra Cylindrum dicit in non (*sic!*) unda ut habet interpres et Camers intellexit.

Ad 1003.] Lino legendum est Grecus enim habet λινοχλενασ. (*sic!*)

Ad 1005.] Meus codex παρνησου habet hoc est Parnesi.

Ad 1028.] Hec miracula in Diony. non lego.

Ad 1057.] Copiosus persequitur Diony. hic Bacchi solennia sacra, verum de Tylo et Adamante in meo codice graeco nihil habetur neque item magnete.

Ad 1075.] Addit Diony. causam. Soli enim inquit dei omnia possunt.

Tum sequuntur: Errata typographi in scholiis incaute ut infra depravatis.
In fine legitur: Lipsiae in aedibus Vuolffgangi Monaceni. 1518.